

Secundus

80

Das temptationes dedit nobis deus tria remedia. quia contra dyabolum habemus spiritus angelicos. qui ad bonum nos simulant et contra insultus dyaboli nos defendunt. Item contra mundum habemus exempla sanctorum. quos non allucebant mundi blandimenta. non terrebant supplicia. Item contra carnes habemus bona naturalia scilicet sinderisim et vim irascibilez. Habemus etiam bona gratuita. scilicet caritatem. temperantiam et hmodi quibus carnis vicia mortificamus. Est autem differentia temptationis que est a dyabolo et carne. Temptationes enim que a dyabolo sunt sepe oriuntur preter rationem ut nuper satiatus fames patiat. et post longam dormitationem somno pregra uentur. Temptationes vero que sunt a carne frequenter surgunt propter necessitatem. sed excrescunt interdum in superfluitatem ut sic abusus post ieiunium immoderate appetitur. vel in comedendo mensura et modus non tenet. Temptatio multiplex est. Quedam probationis hec est a deo sicut quod dominus temptauit abraham. Quedam examinationis hec est ab homine. Quedam precipitationis hec est a dyabolo qui temptauit primos pentes. Quedam delectationis hec est a carne. Quedam consensu hec est rationis. Temptationis quatuor sunt species. prima est aspectus hec fit de laboribus inconluectis in principio conuersationis. Secunda est vana et oritur de prosperitatibus spiritualibus ut cum quis de virtutibus successibus gloriatur. Tercia est dubia. ut quando quis ambigit quod certum de aliqua re tenere debeat. Unde accidit quod semper quod ad bonum redditur quando id quod agit bonum esse dubitatur. et peritior fit ad malum quando malum esse nescit. quarta est fraudulencia ut quando se dyabolus in angelum lucis transfigurat sub specie scilicet virtutis induens viciu. hec fit quando suadendo honestate inducit superbiam. suadendo discretu obsequiu inducit nimium carnis comodum. vel suadendo iustum iudicium inducit crudelitatem. vel suadendo misericordiam inducit remissionem et negligenciam. vel suadendo largitate inducit prodigalitate et sic de aliis. In talibus autem periculosissimum periculum est non videre. Primum appellat. Primam nocturam. per noctem enim aduersitas designatur. Secundum appellat sagittam volentem in die quia per dies prosperitas signatur. Tercium appellat negocium perambulans in tenebris et hoc propter dubium perplexitatis. Quartum vocat de momiu meridianu. unde dicit. Non timebis a timore nocturno a sagitta volante in die: a negotio perambulante in tenebris ab incursu et demomio meridiano. De his quatuor generibus temptationum idem ait. Super aspidem quo ad primum. et haec